

**Augustinus Moravus Olomucensis**



# **Augustinus Moravus Olomucensis**

Proceedings of the International Symposium to Mark the 500<sup>th</sup> Anniversary  
of the Death of Augustinus Moravus Olomucensis (1467–1513)

13<sup>th</sup> November 2013,  
National Széchényi Library, Budapest

Edited by  
Péter Ekler and Farkas Gábor Kiss



MTA  
Bölcsészettudományi  
Kutatóközpont  
**Irodalomtudományi  
Intézet**



BIBLIOTHECA NATIONALIS HUNGARIAE

Institute for Literary Studies, Research Centre for the Humanities,  
Hungarian Academy of Sciences – National Széchényi Library

Budapest, 2015

Supported by



Nemzeti Kulturális Alap

NKA Szépirodalom és Ismeretterjesztés Kollégiuma (3808/01609)  
NKA Könyvkiadás Kollégiuma (3437/01449)

Institute for Literary Studies, Research Centre for the Humanities,  
Hungarian Academy of Sciences

National Széchényi Library

MTA–ELTE Research Group on Humanism in East Central Europe  
OTKA PD-104316

János Bolyai Research Scholarship of the Hungarian Academy of Sciences  
(BO/00177/13/1)

Editors: Péter Ekler and Farkas Gábor Kiss

Editors of the Bibliography: Péter Ekler and Enikő Békés (assistant editor)

Index prepared by Krisztina K. Kaposi

Notes to the poems and the *Panegyricus*: Farkas Gábor Kiss and Péter Ekler

Language editors: Eszter Timár [English], Theresa Rothfuß [German],  
Valerio Sanzotta [Italian]

Executive publishers: Gábor Kecskeméti and László Tüske

Cover page: Meeting of Augustinus (sitting) and Laelius (standing) near Padua.  
*Apologia poetarum*, Berlin, St. Bibl., ms. lat. fol. 335, 9r

ISBN 978-963-200-636-9

Published by the

Institute for Literary Studies, Research Centre for the Humanities,  
Hungarian Academy of Sciences  
National Széchényi Library

Design: Imre Horváth

Prepress preparation: Institute for History, Research Centre for the Humanities,  
Hungarian Academy of Sciences  
Printed: Prime Rate Kft.

# Contents

|                                                                                                                   |     |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----|
| Lectori salutem .....                                                                                             | 7   |
| Editors' Preface and Acknowledgements .....                                                                       | 9   |
| CHRISTIAN GASTGEBER                                                                                               |     |
| Augustinus Moravus und seine Beziehungen zum Wiener<br>Humanistenkreis .....                                      | 11  |
| ANNA ROSE                                                                                                         |     |
| „Natio germanica“ der Bologneser Universität und<br>ausländische Studenten von Filippo Beroaldo dem Älteren ..... | 31  |
| MATYÁŠ FRANCISZEK BAJGER                                                                                          |     |
| Discovering Relationships<br>between Jan Filipek and Humanism .....                                               | 45  |
| EMŐKE RITA SZILÁGYI                                                                                               |     |
| Johannes Roth und Augustinus Moravus Olomucensis .....                                                            | 61  |
| ZOLTÁN CSEHY                                                                                                      |     |
| <i>Augustinus noster: Augustinus Olomucensis nella poesia</i><br>di Bohuslaus Hassensteinius .....                | 69  |
| FARKAS GÁBOR KISS                                                                                                 |     |
| Augustinus Moravus and the Transmission<br>of Ancient Wisdom in the Context of Poetry .....                       | 77  |
| ÁDÁM SMRCZ                                                                                                        |     |
| The Portrait of Bassareus Medicus (Conrad Celtis<br>and Augustinus Moravus) .....                                 | 93  |
| PÉTER EKLER                                                                                                       |     |
| Augustinus Moravus's <i>De modo epistolandi</i> .....                                                             | 101 |
| EDINA ZSUPÁN                                                                                                      |     |
| Bessarion immer noch in Buda? Zur Geburt<br>der <i>Bibliotheca Corvina</i> .....                                  | 113 |

CONTENTS

JANA KOLÁŘOVÁ

- Latin Poems Dedicated to Stanislaus Thurzo,  
Bishop of Olomouc ..... 139

LUCIE STORCHOVÁ

- The "Apostle" of Renaissance Humanism in Moravia? ..... 149

APPENDIX ONE

- Poems by Augustinus Moravus Olomucensis ..... 157

APPENDIX TWO

- Valentin Eck's Panegyricus in Honour of Augustinus Moravus  
Olomucensis ..... 167

APPENDIX THREE

- Augustinus Moravus Olomucensis (1467–1513).  
Selected Bibliography ..... 183

INDEX .....

195

ILLUSTRATIONS .....

205

LIST OF ILLUSTRATIONS .....

215

AUTHORS AND THEIR AFFILIATIONS .....

216

APPENDIX ONE

1  
Ad populum de anni oeconomis

In: Augustinus Moravus, *In annum Christi 1492 prognosticon*. Venice, 1491.  
(GW 3059), fol. aii

Secondary literature  
Bauch, "Zu Augustinus Olomucensis", 121.

Ad populum de anni oeconomis<sup>1</sup>

Nunc Cytherea suum felicius extulit astrum,  
Cum Iove quae supero sceptr'a superba tenet.  
Falcifer adversam vibret licet undique falcem.  
Imperiis dominae<sup>2</sup> flectitur ille tamen.  
Liber ab Eois gravidis en ipse racemis  
Advenit, et flavo caespite vincta Ceres:  
Vos quoque ad obsequium dominae<sup>3</sup> properantius ite,  
Laetior hic vobis totus ut annus eat.

2  
Ad eundem epigramma

In: Augustinus Moravus, *In annum Christi 1492 prognosticon*. Venice, 1491 (GW 3059), fol. [av]

Secondary literature  
Bauch, "Zu Augustinus Olomucensis", 122.

Ad eundem<sup>4</sup> epigramma

Qui patria virtute nites, gravitate Catonem  
Exprimis, et Numam religione<sup>5</sup> refers<sup>6</sup>

1 *economis* ed. 1491

2 *domine* ed. 1491

3 *domine* ed. 1491

4 *enndem* ed. 1491. "Ad eundem": i. e. "Ad Andream Stiborium". Augustinus lost his father, Aegidius very early. Augustinus, however, received a very good education through his uncle on his mother's side, Andreas Stiborius (Ctiborius) the canon of Olomouc, who died in 1496. His name appears in different forms (Ctiborius–Stiborius) but he should not be confused with the Viennese scholar Andreas Stiborius (ca. 1470–1515).

5 *relligione* ed. 1491

6 The text shows parallels with István Báthory's (d. 1493) epitaph: "Qui curios vita vicit, probitate Catones // Aequavitque Numam, religione Dei: // Nam coluit verum prisca pietate tonantem...", cf. János Kalmár and Barnabás Szalontai, "A Báthoriak címeres köemlékei," in

POEMS BY AUGUSTINUS MORAVUS OLOMUCENSIS

Quo pietas fortisque manet constantia, virtus  
Integra, et antiquae nobilitatis honos,  
Macte animo seu quum gravioribus unda procellis  
Presserit, hostiles concierisque manus,  
Accipe, et id nostri quam primum perfer ad aures  
Principis, officii cura sit ista tui:  
„Haec meus Ausoniis vates tibi mittit ab oris,  
Plurima missurus, si valuisset, erat.”

3  
Ad libellum

In: Augustinus Moravus. *Dialogus in defensionem poetices*. Venice, 1493. (GW 3057), [fol. 1v]

Secondary literature  
Wotke, “Augustinus Olomucensis...”, 54–55.

Edition  
*Augustini Olomucensis Dialogus in defensionem poetices*, 11.

Ad libellum

I, liber, et nitidas celerem te confer ad arces  
Praesulis, et docti principis ante fores!  
Quid dubitas, ne te tetricae discrimina frangant  
Turbae, vel rigidi probra supercilii?  
An scombris tunicas renuis, thurique cucullos,  
Pascere vel scabras sordidulus tineas?  
An te difficiles remorantur cardine postes?  
Nulla mora est, licet hinc officiosus eas.  
Non est qui ignavos teneat foveatque clientes,  
Gaudeat aut vastis turgidus agminibus.  
Quin potius sanctos illic mirabere mores,  
Nec, qui difficilem se tibi praestet, erit.  
Verum ut sacratis primum tete vultibus offers,  
Concidis et docti flaminis ante pedes,  
Excipiet prounum castis amplexibus, inde  
Perleget et docto proteget ingenio.  
Dum tamen a sacris manibus tractabere, praesens  
Ista velim memori pectore verba feras:

---

A Nyíregyházi Jósa András Múzeum Évkönyve 2 (1959), 69. We are grateful to Richárd Horváth for his helpful private communication.

APPENDIX ONE

„Dant alii fulvi certatim dona metalli,  
Gemmas et Tyrio vellera tincta fuco,  
Concretas glacies Massylaque robora et orbes  
Raraque Erythraei munera quaeque soli:  
Iste perexiq[ue]o tibi me properavit honore,  
Iussit et insignem nominis esse tui.  
Quod licet exiguum testetur muneris auctor,  
Addidit ast mentis pignora firma sua[er].”  
I, liber, et nitidas celerem te confer ad arces  
Praesulis, et docti principis ante fores!

4

De Veneris et Martis congressu hexastichon ad Vulcanum

In: Augustinus Moravus. *Iudicium anno Domini 1494.* Rom, 1494. (GW 3060),  
fol. 3.

De Veneris et Martis congressu hexastichon<sup>7</sup> ad Vulcanum

Mulciber occulta cur non retinacula nectis?  
Prodis et incestos iam quoque concubitus?  
Gradivus thalamos repetit, pulchramque Dionem,  
Atque cupita ferus gaudia solus habet;  
Sic nobis blandum Veneris comprimitur astrum.  
Disturba incestas, Mulciber, insidias!

5

Ad populum tetrastichon

In: Augustinus Moravus. *Iudicium anno Domini 1494.* Rom, 1494. (GW 3060),  
fol. 6<sup>v</sup>

Ad populum tetrastichon<sup>8</sup>

Fatorum seriem caelique volumina paucis  
Explicui, miseri mortales discite, et iras  
Has superum castis precibus placate: Manent haec  
Certa quidem, sed quae superi tamen omnia versent.

---

<sup>7</sup> hexasticon ed. 1494

<sup>8</sup> tetrasticon ed. 1494

## POEMS BY AUGUSTINUS MORAVUS OLOMUCENSIS

6  
Ad librum

In: Augustinus Moravus. *De modo epistolandi*. Venice, 1495. (GW 3058), fol. Diii<sup>v</sup>

Secondary literature and editions  
Bauch, "Zu Augustinus Olomucensis", 126.  
Ekler, "'Epistolaris itaque formula attenuato stilo ducetur potissimum...' Az ideális stílusnem kérdése...", 75–81.  
online: <http://daten.digitale-sammlungen.de/~db/0003/bsb00039345/images/>

Ad librum

Quo properas, tam parve liber? Quo pergis inepte?  
Curque fugis vatis scrinia tuta tui?  
An non tot nasos metuis? Tot denique ronchis  
Naribus? Et tetricos tot tibi rhinoceros?  
Qui simulac patulas audax captaveris auras 5  
Teque feres turba praetereunte legi,  
Te lacerent digitisque notent verbisque fatigent  
Acribus, et putri te quoque dente petant.  
Si sapis ergo cave calidae te credere turbae,  
Nec nisi paucorum limina docta subi! 10  
Grammaticos etiam fugies ludique magistros,  
Haec tibi, crede mihi, turba nocere potest.  
Nil istis levius, nihil est petulantius illis,  
Utraque iudicio pestis acerba meo.  
Sed properas monitusque tui preferre parentis 15  
Negligis, audaci laberis atque pede:  
I felix faveasque bonis, latrantibus "ite,"  
Dixeris "impuri, longius ite, canes!"

7

This dedicatory epigram survives in the manuscript (Vienna, ÖNB. cod. 3482) of the *De situ, moribus et diversitate Scythicarum gentium* by Nicolaus von Rosenberg, the Polish envoy (orator) to the court of Emperor Maximilian I (1498).

In this epigram, Augustinus almost surely imitates the *Laus Panonniae* of Janus Pannonius (“Magna quidem nobis haec gloria, sed tibi maior, // nobilis ingenio, patria, facta meo”).

APPENDIX ONE

Secondary literature

Ábel, "Magyarországi humanisták és a dunai tudós társaság", 30.

Editions

Olahus, Nicolaus, *Hungaria et Atilla*, 201.

Kowalska-Urbankowa, Mikołaja Rozembarskiego traktat z roku 1499 o pochodzeniu Tatarów..., 67.

Augustini Moravi Olomucensis serenissimi Hungariae regis secretarii  
tetrastichon ad eundem<sup>9</sup>

Inter Sarmatiae proceres, Nicolae, refulges,  
Nobilitate, opibus, viribus, ingenio,  
Non<sup>10</sup> patriae acceptum referens: sed plurima debet<sup>11</sup>  
Sarmatia ingenio splendida facta tuo.

8

"Hic tibi, sed caute, praesentes collige flores"

Augustinus Moravus probably wanted to publish in Vienna the *De incognitis vulgo* of Galeotto Marzio (1427–c. 1497), a mostly theological and often heretical work of this Umbrian humanist, who often engaged in conflicts with church authorities. Augustinus's intentions might have been thwarted because of the "dangerous" contents of the book, a fact that is hinted at in this paratextual epigram.

Secondary literature

Ábel, "Magyarországi humanisták és a dunai tudós társaság", 31.

Edition

Miggiano, "Galeotto Marzio da Narni. Profilo biobibliografico (II)", 93.

Hic tibi, sed caute, praesentes collige flores,  
Neve animum subeant mixta venena, cave.  
Nam passim invenies opobalsama iuncta cicutis,  
Et mala Cecropiis toxica nexa favis,  
Quae neque barbarici pellant medicamina regis,  
Nec de Phasiacis grama lecta iugis,  
Sed Christi sincera fides, quam fallere quavis  
Arte vel ingenio fraus inimica nequit.

9 i.e. Nicolaus Rosenberg

10 *Hoc* ed. 1763

11 *debet* ed. 1763; *debes* ms.

9

[Ad Conradum Celten]  
(Vienna, about 1497)

Secondary literature

Ábel, "Magyarországi humanisták és a dunai tudós társaság", 30.

Bauch, "Zu Augustinus Olomucensis", 126–127.

Rupprich, *Der Briefwechsel des Konrad Celtis*, 300–301.

For this poem most recently, see the article by Christian Gastgeber in the present volume.

Augustinus Olomucensis<sup>12</sup> regis Pannoniae secretarius<sup>13</sup>

Celtis Pegaseas sacro ex Helicone Camoenas  
Vexit ad Austriaci rura beata soli.  
Salve igitur, Phoebi criniti sancte sacerdos,  
Celtis, Germanae gloria rara<sup>14</sup> togae,  
Et vos laurigerae, cultissima turba, sorores,  
Tu quoque inaurata, pulcher Apollo, lyra.  
Quae vobis genitus Morava gente poeta  
Carmina dat, tenui sint licet orsa modo,  
Perpetui, quaeso, sint vobis pignus amoris.  
Haec sint parva licet, mens pia magna facit.

10

Threni neglectae Religionis ad Vladislauum Pannoniae Boemiaeque  
regem invictissimum

In: Sebastiano Giustiniani, *Oratio magnifici et clarissimi d. Sebastiani Iustiniani oratoris Veneti ad serenissimum dominum Vladislauum Pannoniae et Bohemiae regem*. Leipzig, 1500. (GW M15600), fol. B2v–B3v.

online: <http://digilib.hab.de/inkunabeln/202-69-quod-1/start.htm>

Augustinus doctor: Threni<sup>15</sup> neglectae Religionis ad Vladislauum  
Pannoniae Boemiaeque regem invictissimum

Regia progenies, genus alto ex sanguine divum,  
Ardua cum virtus pectore fixa manet,

12 *Olomocensis* Ábel, 1880; Rupprich, 1934

13 *Re. Pann. Secr.* Ábel, 1880; *Re. Pan. Sec.* Gastgeber, 2015

14 *magna* Bauch, 1904

15 *treni* ed. 1500

APPENDIX ONE

Cui quoque sacroto fulget clementia vultu,  
 Candida simplicitas, inviolata fides.  
 Ingenium Pallas, validos Bellona lacertos  
     Cui dedit, et gratum Cynthius eloquium,  
 Iuppiter ast artes pacis, Mars horridus arma  
     Pictaque victrici signa referre manu.  
 En ego, quae totum fueram celebrata per orbem,  
     Religio illa parens intemerata deum,                  10  
 Regibus imperitans terraque marique verenda,  
     Culta fide aëreis sic quoque vecta plagis,  
 Sub iuga Hyperboreos populos, Rhodanumque rapacem,  
     Argolicos revocans per freta longa duces,  
 Eridanum Tiberimque, Tagum Meroemque, Niphatem,<sup>16</sup>  
     Undeque<sup>17</sup> septena Nilus oberrat aqua,  
 Pulsa vigor propriis regnis latumque per orbem,  
     Vix datur in certo conquievisse loco.  
 Sic modo (proh superum pietas) neglecta per omnes  
     Gentesque et populos dilanianda feror,                  20  
 Quaeque olim invictos reges moderabar et urbes,  
     Exul in ignotas hospes oberro domos,  
 Tristibus aerumnis lacrimans sparsisque capillis,  
     Horrida et iratis unguibus ora notans.  
 Heu mihi, nam vasto me barbarus hostis in orbe  
     Persequitur, miris conficit atque modis.  
 Nec superstes de tot peragrati partibus orbis,  
     Qua<sup>18</sup> mihi stet rutum posse referre pedem<sup>19</sup>:  
 Graecia nam capta est, capta et Nabathea regna<sup>20</sup>  
     Atque Amphonia moenia structa Chely<sup>21</sup>,                  30  
 Assyriae segetes, Pactoli<sup>22</sup> nobilis unda,  
     Hinc Solyma<sup>23</sup>, et quicquid dives Iduma<sup>24</sup> tenet,  
 Caelicolum spoliatur honos. Pia numina<sup>25</sup> Christi  
     Ipsaque populis iura verenda dabam.  
 Ridemur superum, Mahumet properantur honores  
     Et recutita<sup>26</sup> pubes iam prope cuncta tenet:  
 Sive hoc ira deum fatique volubilis ordo,  
     Seu peperit numini – proh – scelerata fames,

16 *Niphatem* ed. 1500. Cf. Vergil, *Georg.* 3, 30; Horace, *Carm.* 2, 9, 20.

17 *undique* ed. 1500

18 *Quia* ed. 1500

19 cf. Propertius, 3, 15, 14. "Nescit vestra ruens ira referre pedem."

20 i.e. Arabia

21 i.e. Thebes

22 The River Pactolus, cf. Horace, *Epod.* 15, 20; Pliny the Elder, *Nat. Hist.* 5, 110; Solinus, 40, 10.

23 Hierosolyma (Jerusalem)

24 Palestine, cf. Lucan, 3, 216; Valerius Flaccus, 1, 12.

25 *numina* ed. 1500

26 *retutita* ed. 1500. The word 'recutita' is likely to refer to circumcision. Cf. Tertullian, *Ad nationes*, 1, 14, 1.

POEMS BY AUGUSTINUS MORAVUS OLOMUCENSIS

Ipsa igitur tanto sub pondere fessa malorum  
Maesta parens quam sim, Vladislae, vides?  
En matris<sup>27</sup> miserere tuae, grata ubera primum  
His manibus quondam quae tibi praestiteram,  
Te quoque fonte sacro lotum lustralibus undis  
Tot tandem populis imperitare dedi.  
Forsitan ignotos vultus miraris, et ora  
Atque habitus, laceras horridulasque comas  
Membraque tam vario tenuata errore viarum,  
Hospita dum terris profuga facta feror.  
Barbarus heu Turcus solitos mihi ademit honores  
Et laceram, ut cernis, carpere iussit iter.  
Hinc matris miserere, precor, miserere tuorum,  
In praedam totiens quos ferus ille trahit.  
Hoc Christus iubet ipse tuus, iubet arbiter orbis,  
Hic modo, qui Romae moenia celsa tenet.  
Cernis, ut invicto procedat robore Gallus  
Hunc contra socia et iungere signa parat?  
Adriaco Veneti mittunt et ab aequore patres  
Atque tua exposcunt prospera vela sequi,  
Insignes pietate viri, quorum inclita virtus  
Dexteritasque animi cognita saepe fuit,  
Nunc terraque marique prement, huic classe potenti  
Incumbent<sup>28</sup>. Tardas tu modo rumpe moras,  
Tu modo rumpe moras, quaeso, tunc<sup>29</sup> auspice Christo  
Te duce iam tandem<sup>30</sup> barbara turba cadet.

Telos

Augustinus doctor

11  
Eiusdem Augustini decastichon

In this paratextual epigram, Augustinus warns his readers to follow the examples of the good bishops of his diocese, and not to be influenced by the life of Bavarus and Mrazo, whom Augustinus blamed with sacrilege and gluttony.

27 *matrix* ed. 1500

28 *intubent* ed. 1500

29 *tuamque* ed. 1500

30 *tandem* ed. 1500

## APPENDIX ONE

In: Augustinus Moravus. *Catalogus episcoporum Olomucensium*. Vienna: Hieronymus Vietor, Johann Singriener, d.Ä., 1511. (VD16 K 8), fol. A2<sup>v</sup>

### Secondary literature

Rothkegel, Martin. *Der lateinische Briefwechsel des Olmützer Bischofs Stanislaus Thurzó: eine ostmitteleuropäische Humanistenkorrespondenz der ersten Hälfte des 16. Jahrhunderts*. (Hamburger Beiträge zur Neulateinischen Philologie), Münster: LIT Verlag, 2007, 64–65., 101–104.

Wörster, Peter. *Humanismus in Olmütz. Landesbeschreibung, Stadtlob und Geschichtsschreibung der ersten Hälfte des 16. Jahrhunderts*, 145–155. (Kultur- und geistesgeschichtliche Ostmitteleuropa-Studien; Bd. 5), Marburg: N. G. Elwert Verlag, 1994, 145–155.

### Edition

*Augustini Olomucensis episcoporum Olomucensium series*, quam recensuit, continuavit, notisque historico-chronologicis illustravit Franciscus Xav. Richter, ss. theologiae bacalaureus, historiae universalis professor emeritus, nunc Caesareo-Regiae Universitatis Olomucensis bibliothecarius et archiepisc. consist. consil. tit. Olomucii: characteribus Aloysii Skarnitzl, 1831, XIV.

Eiusdem Augustini decastichon

Clauditur hoc parvo series numerosa libello  
Pontificum, per quos gratia larga venit  
Christicolis<sup>31</sup>, quis sancta fides et mysticus ordo  
Hoc numero (ut cernis) sacra regenda dedit.  
Nec te vel Bavarus moveat, vel Mrazo prophanus,<sup>32</sup>  
In spinas flores degenerare solent.  
Illorum potius mireris candida facta,  
Quos decorat priscae religionis honos,  
Nam vitae meritis redolet fulgetque beatque,  
Vilescit vitiis pontificalis apex.

<sup>31</sup> *Cristicolis* ed. 1511

<sup>32</sup> Bavarus (Jan/Johannes V. Bavor, bishop of Olomouc: 1199–1201) and Joannes Mraz (Jan XI. Mráz/Mrazo, bishop of Olomouc: 1397/1398–1403) were two bishops who were blamed with sinful behaviour (gluttony and sacrilege) by Augustinus.

## APPENDIX TWO

### **Valentin Eck's Panegyricus in Honour of Augustinus Moravus Olomucensis**

(Cracow: Florian Ungler, Wolfgang Lern, [1513])

To the best of our knowledge, Valentin Eck's poem has not been published in a modern edition yet. In 1898 Karl Wotke issued a section of the work originally printed around 1513. Surviving copies of the *Panegyricus* seem to be extremely rare (three copies are known: Kraków, Biblioteka Jagiellońska, Cim. 5538; Wrocław, Ossolineum, XVI. Qu. 3593 and Strängnäs, Cathedral Library, Q. 304, the last originally from the Jesuit College of Olomouc).

Although the poem is not written by Augustinus himself, the rich contents and the rare availability of the original print seem to justify its inclusion to our volume.

Valentin Eck (ca. 1494–1556) was born in Lindau (South Bavaria). He studied in Leipzig in 1508, together with Rudolf Agricola Junior. He moved to the University of Cracow in 1511. Eck left Cracow in 1517 and accepted the post of headmaster at the town school of Bártfa (Bartfeld, Bardejov).

The *Panegyricus in laudem Augustini Moravi* (published in Cracow: Florian Ungler, Wolfgang Lern, 1513) is a unique source about the learning and cultural interests of Augustinus Moravus, written by Valentinus Eck, the young Bavarian humanist, probably during his sojourn in Olomouc in 1510 or 1511 as a guest of Augustinus. This panegyric of 285 lines praises the Moravian scholar and his library, and gives a detailed account of the humanistic group that was formed around Augustinus in Olomouc. Eck's description of Augustinus's library, which included a number of classical and post-classical authors (books of the Greek Stoa, the Old and the New Testament, Homer's Iliad and Odyssey, Lucan, Statius, Silius Italicus, Ovid, Paulus Orosius, Florus, Fulgentius the Mythographer, Livy, Dionysius of Halicarnassus, Isidore of Seville, Quintilian, Justinian; and his verses resemble Tibull's, Virgil's and Cicero's writings), is a particularly precious source, as it provides a telling proof of his cultural and literary preferences, as well.

Eck prefaced the main work with a dedicatory letter to Sigismund Glotzer, and inserted a brief panegyric verse to him following the main work. He ended the book with a short poem in honour of Johannes Tulner, the *vicarius* of Olomouc. In his letter to Sigismund Glotzer, Eck praises the canon for his

## APPENDIX TWO

learning and his virtues and asks him to accept the gift of his poem written in honour of their common patron, Moravus.<sup>1</sup>

We are grateful to the Wrocław Ossolineum for making the full text of the print (XVI. Qu. 3593) available to the National Széchényi Library free of charge and giving permission for publishing the full text. The poem and the texts preceding and following it are given in classical orthography.

### Secondary literature

Truhlář, Josef. *Humanismus a humanisté v Čechách za krále Vladislava II.* (Rozpravy Č. Akademie Fr. Josefa, III. 3. 4.) V Praze: Č. Akademie Fr. Josefa, 1894, 180–181.

Wotke, Karl. "Augustinus Olomucensis (Augustinus Käsenbrot von Wssehrd)." *Zeitschrift des deutschen Vereins für die Geschichte Mährens und Schlesiens*, 2 (1898), 61–64.

Glomski, Jacqueline. *Patronage and Humanist Literature in the Age of the Jagiellons*. Toronto: University of Toronto Press, 2007, 104, 107–108.

Valentini Eckii Philyripolitani panegyricus in laudem praestantissimi  
viri doctoris Augustini Moravi praepositi Olomunczensis  
et Brunnensis, necnon Pragensis atque utriusque ecclesiae  
Vratislaviensis canonici editus<sup>2</sup>

Magistri Ioannis Solfa<sup>3</sup> ad Valentinum Eckium carmen Phalaecium<sup>4</sup>

Cur blandos retices amice versus,  
Describis quibus optimi patroni,  
Virtutes celeberrimas abunde?  
Non sunt, quos metuas, amice, ronchi,  
Non sunt rhinocerotici furores,  
Non sunt lividulae gravesque sannae,  
Augustine, decus peritiorum,  
Fotor Palladiae pius catervae,

1 Jacqueline Glomski, *Patronage and Humanist Literature in the Age of the Jagiellons* (Toronto: University of Toronto Press, 2007), 104, 107–108.

2 *aeditus* ed. 1513

3 On Johannes Benedicti Solfa (1483–1564), see Aleksander Birkenmajer, "Prelekcja wstępna Jana Solfy z r. 1513," in *Archiwum Komisji do Badania Historii Filozofii w Polsce*, t. 2. (Kraków, 1921), 162–169; Waldemar Kożuszek, *Jan Benedykt Solfa, lekarz polskiego odrodzenia* (Wrocław: PWN, 1966); Tomasz Jaworski, "Jan Benedykt Solfa (1483–1564): humanista, nadworny lekarz ostatnich Jagiellonów," in *Ludzie Środkowego Nadodrza: wybrane szkice biograficzne (XII–XX wiek)* (Zielona Góra: Wydaw. „Verbum”, 1998), 190–193.

4 *phaleutium* ed. 1513